



Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1719

Quæst. 1015. An & qualiter confugientes ad SS. Eucharistiam fruuntur asylo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73957)

relig. domib. can. ligna. dist. 1. de consecrat. can. definit. 17. q. 4. docent. Abb. in c. Ecclesia. h. t. num. 6. Fagn. ibid. num. 17. Laym. l. c. Barb. l. c. num. 67. Reiffenst. h. t. num. 47. Tusch. v. Ecclesia. concl. 10. num. 2. Barbos. l. c. Castrop. l. c. num. 17. Laym. l. c. Delb. l. c. f. 10. a. n. 1. citatis plurimis aliis. Extenditurque id probabiliter cum Tusch. Delb. l. c. num. 4. & aliis ad hospitalia autoritate Episcopi erecta, etsi in iis non sit, altare, nec campanile aut Ecclesia, modo ex aliis colligatur esse autoritate Episcopi erecta; quia adhuc loca sint religiosa, etsi non sacra.

Quest. 1014, an & quando cæmeteria gaudeant jure asyli?

R Esp. de iis, dum conjuncta & contigua sunt Ecclesiis eodem jure asyli gaudere cum Ecclesia, habet communis, ut videre est apud Delb. cit. du. 9. f. 9. num. 1. citantem pro hoc ingentem turmam AA. & constat ferè ex dictis supra. cæmeterium quoque ab Ecclesia separatum gaudere hoc jure, quia eo ipso, quod sepulturæ fidelium sit deputatum, præsumitur esse benedictum & autoritate Episcopi constitutum, docent Nav. c. 25. v. cæmeterium. Farin. l. c. c. 27. num. 264. Castrop. l. c. num. 16. Dian. l. c. resol. 6. Germon. de sacror. immun. l. 3. à num. 31. Ritterhus. de jur. asylo. c. 12. Bertach. in repertor. v. cæmeterium. num. 2. Delb. l. c. n. 2. extenditurque hoc jus etiam ad ostium & porticum cæmeterii, ut Idem num. 4. cum Correa in relect. de immun. p. 2. n. 16. & Peregr. c. 4. num. 55. & 56. Item ad cæmeterium, licet non benedictum ab Episcopo, sed ad simplicem sacerdote, ut Idem num. 5. cum eodem Peregrin. Farin. Suar. Ambrosin. & aliis à se citatis. Item ad cæmeterium à nullo benedictum, modò in eo aliquis Christianus sepultus cum officiis Ecclesiasticis & de licentia Episcopi, ut Delb. n. 5. cum citatis ab eo AA. ex qua sepulchrum in dubio præsumitur autoritate Episcopi deputatum, adeoque religiosum in ordine ad gaudendum asylo. Reiffenst. h. t. num. 41. Farin. & Nav. LL. cit. secus est dum constat non intervenisse deputacionem ullam Episcopi.

Quest. 1015, an & qualiter confugientes ad SS. Eucharistiam fruuntur asylo?

I. R Esp. primò rei confugientes ad SS. Eucharistiam, dum ea per plateas ad infirmum deportatur aut reportatur, vel in processione circumfertur, gaudent asylo, non quidem de jure, utpote in quo nihil desuper statutum, sed de consuetudine piè & meritò inducta ex extensa in favorem immunitatis. Abb. in c. Sancti. de celebrat. missar. Sylv. v. immunitas. num. 1. Laym. l. c. n. 4. Barb. l. c. num. 69. Delb. l. c. f. 16. num. 2. Reiffenst. h. t. num. 48. cum communi juxta declarat. S. cong. in melinens. de 28. may 1626. quàm ex Pign. Tom. 6. consul. 4. num. 89. recitat Reiffenst. l. c. contra Covar. l. c. num. 6. citantem pro se Gl. in can. questum. caus. 13. q. 1. v. in patibulis. quem tamen dubium manere ait Delb. ex ea ratione; quod corpus Christi sit longè dignius omni loco sacro & religioso, quin & præsentia Christi videatur pro tempore facere locum sacrum & religiosum; ut Reiffenst. ex Delb. dum is ait: ubi Papa ibi Roma: cur non ubi præsens corpus Christi,

ibi etiam locus sacer & religiosus. ad hæc indecens videatur, illos de jure civili gaudere asylo, qui ad statuas principum confugiunt, l. unic. c. de his. qui ad stat. princip. confug. & illos tali jure privari, quia ad Regem Regum corporaliter præsentem confugiunt.

2. Resp. secundò extendendo & limitando priorem responcionem, ita ut gaudeant asylo, etiam si vestem sacerdotis deportantis illam, aut etiam hastam baldachini, sub quo deportatur, non tangat, sed solum associet se processioni, misceaturque se illis, qui SSnum comitantur; ut juxta declarat. S. Congreg. de 30. Septemb. 1636. apud Pignat. l. c. num. 90. dicentis; associans se processioni SS. Sacramenti, gaudet immunitate; tradunt Barb. l. c. Dian. p. 1. tr. 1. resol. 28. Delb. l. c. Reiffenst. num. 49. ex ea ratione, quod associati illi ac omnes comitantes cum sacerdote constituent Ecclesiam quandam animatam; unde in medio eorum existens non minùs securus est, quàm existens in Ecclesia materiali. limitando verò, ita, ut non gaudeat asylo reus, ad quem in carcere constitutum deportatur Sanctissimum; etsi vestes sacerdotis deportantis illud teneat, ut habet consuetudo Reiffenst. num. 5. & teste Covar. apud illum omnes. neque communicans intra os habens & retinens Eucharistiam; cum is eam non retineat & deportet in se, ut alii in eo illam venerentur, sed ut ipso cæ reficiatur. Delb. cit. f. 16. num. 5. Reiffenst. l. c. cum Farin. l. c. num. 276. ex commun. DD. neque confugiens ad sacerdotem deportantem S. oleum ad infirmum; cum tali neque jura, neque paritas rationis, neque consuetudo faveant. multoque minus confugiens ad solum sacerdotem, vel etiam Episcopum eum apprehendendo, aut etiam reliquias SS. dum ea per plateas processionaliter deportantur Delb. l. c. num. 14. quamvis addat contrarium satis piè docti à Correa in relect. ad c. inter alia. h. t. p. 2. num. 25. quod probabiliter quoque dicit Delb. l. c. num. 15. à Locatello testante sic definitum coram vicario Urbis anno 1614. de sacerdote induto stola extra Ecclesiam prælatà cruce tendente v. g. ad defunctum efferendum, ut is nequeat à satellitibus etiam de licentia Episcopi capi, quod consequenter magis dicendum de sacerdote induto stola deferente s. oleum & potiore jure de sacerdote in habitu sacerdotali ad divina ministranda officiaque ecclesiastica exequenda, & vel sic Christum repræsentante ejusque vices gerente procedit dicendum. Vide Delb. à num. 16. sed neque ad imaginem S. crucis extra loca sacra in viis publicis erectam confugientes fruuntur asylo, non obstantibus canonibus 29. & 30. desumptis ex synodo claromontan. ubi Urb. 11. hoc privilegium asyli concessit, quia hi canones non sunt in jus relati nec recepti. Wiestn. h. t. n. 69.

Quest. 1016, an & qualiter jure asyli gaudeant palatia Episcoporum, Cardinalium & principum secularium & Oratorum.

I. R Esp. ad primum: Palatium seu domus Episcopi gaudet asylo ob reverentiam & decorem dignitatis Episcopalis. Covar. l. 2. var. c. 20. testans de communi. Fagn. in c. Ecclesia. h. t. num. 29. Laym. l. 4. tr. 9. c. 3. num. 3. Barb. l. c. num. 70. Delb. l. c. f. 14. num. 1. juxta clarum